


teor ingenue, si, quod nullus dubito, pari diligentia in reliquis
sui ordinis scriptoribus illustrandis versetur, fore ut Echardi bi-
bliothecam, per se accuratam, exactissimam reddat, et nume-
ris omnibus absolutam. Tu interim, Christiane lector, nostris et
Galianae laboribus fruire, et utriusque studiis, in tua unice
commoda intentis, favere pergito. Vale.

Dabam Valentiae Hedetanorum, III. Idus Iulias. Anno
CICCCCLXVIII.



F. LUDOVICI GALIANAE

DOMINICANI, SAC. THEOL. PROF.

COMMENTARIUS

DE SCRIPTIS

F. LUDOVICI GRANATENSIS

EIVSDEM INSTITVTI, SAC. THEOL. PROF.

§. I.

OPERA LATINA.

I.



*RIMVS Tomus Concionum de Tempore, quae
a prima Dominica Adventus usque ad Quadra-
gesimae initium in ecclesia haberi solent. Ad-
iectae sunt in fine quinque de Poenitentia Con-
ciones, quae diebus dominicis in quadragesima
post meridiem habitae sunt.* Opus Serenissimo

Principi *Henrico* S. R. E. Cardinali ab Auctore nuncupatum.
Prodiit primum Olisipone 1575. Ioh. Barrerii in 4. * Asteri-
scus, subiectus alicui editioni, eam a nobis visam indicat. An-
tuerpiae Christoph. Plantini 1577. in 8. * quam laudat etiam
Possevinus in *Apparatus Sacri* T. II. pag. 38. Salmanticae Mat-
thiae Gast 1577. in 4. * Romae in AEdibus Populi Rom. 1578.
in 4. Salmanticae Haeredum Matthiae Gast 1581. in 4. * quae
exstat Valentiae in Bibliotheca Collegii Corporis Christ. et Fon-
tinenti in Nostra. Parisiis Adriani Perier in Vico Bellovaco 1585.
in 8. * Mediolani apud Antonium Antonianum 1586. in 4. cu-
ius meminit *Nicol. Antonius* T. II. *Bibl. Nov.* pag. 31. Lugduni.
Stephani Michaelis 1588. in 8. Antuerpiae ex Officina Plantinia-
na 1592. * ibidem typis Ioh. Moreti 1597. in 8.

II. *Secundus Tomus Concionum de Tempore, quae quartis et
sextis Feriis ac Dominicis diebus Quadragesimae habentur.* Nuncu-
pavit *D. Fr. Bernardo Fresnedae* Episcopo Cordubensi, et Regis Ca-
tho-

tholici a confessionibus, Olisipone Kal. Februarii MDLXXV. Ibidem eo ipso anno Ioh. Barrerii in 4. * Salmanticae Matthiae Gast 1577. in 4. * Romae in Aedibus Pop. Rom. 1578. in 4. Salmanticae Haered. Matthiae Gast 1581. in 4. * quae exstat Valentiae in Coll. Corp. Ch. Antuerpiae Plantiniana typis 1581. in 8. seu Buxellis, ut inquit *Mugnozius* in *eius Vita* Lib. III. cap. II. fol. 170. Parisiis Adriani Perier 1585. in 8. * Antuerpiae ex Officina Plantiniana apud Viduam et Ioh. Moretum 1592. in 8. * Huic Tomo *Didacus Payva Andradius* praemisit Lectori longissimam Praefationem in commendationem operis.

III. *Tertius Tomus Concionum de Tempore, quae a Pascha Dominicae Resurrectionis ad festum usque Sacratissimi Corporis Christi habentur.* Ad quem post *Conciones de Rogationibus* accedit *Brevis Libellus, qui varias sententias de orationis, meditationis, et contemplationis laudibus, officio, atque ratione continet.* Dedicavit *Carolo* amplissimo Cardinali *Borromaeo*, Archiepiscopo Mediolanensi. Olisipone 1575. ex fide *Echardi*. Ibidem Antonii Riberii, expensis Ioh. Hispani Bibliopolae 1576. in 4. * Salmanticae 1576. Antuerpiae Plantini 1579. in 4. quam laudat *Possevinus* T. II. App. pag. 38. Salmanticae Haered. Matthiae Gast 1582. in 4. * Parisiis Adriani Perier 1585. in 8. * Mediolani 1585. in 4. Antuerpiae ex officina Plantiniana Viduae et Ioh. Moreti 1593. in 8. *

IV. *Quartus Tomus Concionum de Tempore, quae post Festum Sacratissimi Corporis Christi usque ad initium Dominici Adventus in Ecclesia habentur. Adiectae sunt in fine duae Conciones, quarum altera ad mortuorum funera, altera ad communes, quae in vita accidunt, calamitates deservit.* Eum nuncupavit auctor *Rev. admodumque illustri D. Iohanni a Ribera Archiep. Valentino, eidemque patriarchae dignissimo.* Quam dedicationem, licet in quibusdam editionibus desideretur, videsis Tomo V. *Mugnozianae.* Prodiit vero primum hoc quartum volumen Olisipone, ex fide *Echardi*; sed annum praetermittit. Salmanticae 1578. Ibid. Haeredum Matthiae Gast 1580. in 4. * eisdem typis 1582. in 4. apud nostros *Valentinos* ad *S. Onuphrii*. * Antuerpiae Plantini eodem anno in 8. ut refert *Possevinus* T. II. App. pag. 38. Parisiis 1585. in 8. et Mediolani eo ipso anno, ex fide *Nicolai An-*

tonii. Antuerpiae Christophori Plantini 1586. in 8. * quae exstat Valentiae in Carmelitana. Rursus Antuerpiae apud Ioh. Moretum 1597. in 8. *

V. *Concionum, quae de praecipuis Sanctorum festis in ecclesia habentur, a festo S. Andreae usque ad festum B. Mariae Magdaleneae, Tomus prior, Serenissimo Principi Henrico sanctorum quattuor Coronatorum Cardinali, Archiepiscopo Eborensi et Infanti Portugalliae dicatus.* Salmanticae Haered. Matthiae Gast 1578. in 4. * Antuerpiae 1580. in 8. Salmanticae apud eodem 1581. in 4. * Valentiae in Bibliotheca Coll. Corp. Christ. et apud nostros Fontinetanos. Parisiis Adriani Perier 1585. in 8. * Romae 1587. in 4. ut constat ex Catalogo librorum Fratrum de Tournes 1733. Salmanticae 1588. ex fide *Mugnozii* in *eius vita*.

VI. *Concionum de praecipuis sanctorum festis, a festo beatissimae Mariae Magdaleneae usque ad finem anni, Tomus posterior, toties excusus, quoties prior.*

Omnes hae *Conciones de Tempore et de sanctis* (quas decem annis conscripsit *Granatensis*, ut ipsemet testatur in *Praefat.* ad librum *Ecclesiasticae Rhetoricae*) in sex Tomos distributae prodierunt etiam Olisipone, Antonii Riberii 1576. in 4. * Antuerpiae, apud Plantinum 1580. in 8. ex fide *Clessii* in *Elencho*, pag. 139. et *Taxandri*, pag. 80. Salmanticae 1580. 1581. et 1582. in 4. typis Matthiae Gastii. * quae editio in nostra Fontinetana. Mediolani Michaelis Tini 1585. in 4. * Lugduni Petri Landry 1587. Romae eodem anno, quadruplicata charta. * quae editio satis elegans. Antuerpiae 1588. in 8. Lugduni Alexandri de Villeneuve 1598. in 8. * in Bibliotheca Archiepiscopali Valentina. Antuerpiae 1599. et 1613. in 8. Ibidem Viduae et Filiorum Ioh. Moreti ab anno 1610. ad 1614. in 8.

Porro quot laudum praeconiis *Sermones Granatensis*, ex quo primum lucem adspexerunt, excepti sint ab omnibus, vix ac ne vix quidem potest enarrari. Itaque qui super his instrui cupiat, adeat *Mugnozum* in *eius Vita*. Lib. III. cap. II. et seqq. ac *Nicolaum Antonium* T. II. *Bibl. Nov.* pag. 32. col. 1. ubi Cardinalis *Federici Borromaei* iudicium de *concionibus* nostri *Ludovici*, ex opere *de sui temporis sacris oratoribus* desumptum, adfert. Illud autem praetermittere nequaquam possum, *S. Carolo Bor-*

Borromaeo tanto in pretio fuisse habitos, ut non solum diligentissime legeret exciperetque, verumetiam Mediolanensibus typis imprimi curaverit; ut unusquisque Parochus in primis, tum alii quoque facilius sibi compararent pastorem spiritum, et modum concionandi ad personas resque sacras valde accommodatum. Qua de re videlicet Episcopum *Novarinum* in *Vita S. Caroli* Lib. VII. cap. 24.

GALLICE vertit *Trois sermons du grand et dernier jugement de Dieu*, quas adfert *Granatensis* in T. I. *Concionum de Tempore*, *Gabriel de Saconnay*, Comes et Decanus Ecclesiae S. Iohannis Lugduni; ibidemque in lucem edidit typis Benedicti Rigaud 1580. in 16. teste *du Verdier* in *Biblioth. Gall.*

Dominus *Golin*, Canonicus Remensis, Gallicos etiam fecit quattuor priores tomos de tempore, quos praelo commisit Parisiis, apud *Chaudiere* 1599. in 8.

Fr. *Iohannes Charon*, ordinis nostri ac conventus Remensis alumnus, publici iuris fecit *Sermons du R. P. Fr. Louis de Grenade Espagnol*, traduits en François par Fr. Jean Charon &c. T. I. contenant les sermons de l' Avent. Parisiis 1602. in 8. Ita *Echardus* loquens de Fr. *Iohanne Charon*, T. II. ad ann. 1614. pag. 391. col. 1. ubi addit: *an & ceteros tomos verterit, haec tenus ignoro*. In quo certe aliquid humani passus est, cum pag. 286. eiusdem tomi col. 2. recensens *Opera Latina* nostri *Granatensis*, eorumque in alia idiomata versiones, dicat: *Fr. Iohannes Charon Gallus Remensis noster Gallice vertit et typis commisit*:

T. I. *Depuis le premier Dimanche de l' Avent jusqu' a Pasques*. Parisiis 1602. in 8.

T. II. *Depuis Pasques jusqu' a la Pentecote*. Parisiis 1599. in 8.

T. III. *Ascension, Pentecote, Trinité*. Parisiis 1602. in 8.

T. IV. *Pentecoste jusqu' aux Advents*. Parisiis 1585. in 8. tomi duo.

Sur les Fêtes. Parisiis 1601. in 8. tomi duo.

Plerasque *Conciones*, de Tempore scilicet, de Adventu, Quadragesima, SS. Sacramento, Dominicis, et Festis anni praecipuis, *Nicolaus Iosephus Binetus*, Theologiae Professor, nova versione Gallica donavit TT. III. in 8. Parisiis 1698. typis Ioh. Villette et Ioh. de Nully.

ITA-

ITALICE conversi IV. *Tomi de Tempore*, studio *Iohannis Mariae Tarsiae* Florentini, prodierunt Venetiis 1580. apud *Antonium Ferrarium* in 4.

VII. *Rhetoricae Ecclesiasticae, sive de ratione concionandi, Libri sex*, academiae Eborensi nuncupati. Olisipone *Antonii Riberii* 1576. in 4. * apud *Augustinianos Valentinus*. Ibid. 1577. Venetiis ex officina *Francisci Zilleti* 1578. (quae laudatur in *Specimine Bibliothecae Hispano-Maiansianae* pag. 128.) una cum *Augustini Valerii* Episcopi Veronensis *Rhetoricae Ecclesiasticae ad Clericos libris tribus*, olim ad S. Cardinalis *Caroli Borromaei* instantiam scriptis, quos primum edidit Fr. *Marcus Medices* Italus Ordinis Praedicatorum, Veronae 1573. ac subinde Parisiis 1575. in 8. nuncupans eidem *Borromaeo*. Quod quidem *Valerii* opus ab Auctore ipso auctum locupletatumque, curis *Petri Galefinii* Mediolani iterum editum, *Petrus Morinus* Theologus Parisiensis in hac Venera editione, nedum a mendis, quae in Romanam, Lugdunensem, aliasque irreperant, emaculavit, verum et elegantibus formis imprimi satagit, eidem Cardinali *Borromaeo* inscribens. Iam vero si quis, uter utri praefendus sit, inquirat, certior fieri poterit, si perlegat iudicium, ut mihi quidem videtur, exactissimum, quod in impressione hac praemittitur *candido Lectori*. Sed ad editiones *Rhetoricae* nostri *Granatensis* revertamur. Prodiit iterum eodem anno 1578. Coloniae Agrippinae Haered. *Arnoldi Birkmanni* in 8. * Ibidem typis *Godefridi Kempensis* 1582. in 8. * quas duas editiones memorat etiam *Taxander*, pag. 79. Mediolani *Michaëlis Tini* 1585. quadruplicata charta. Coloniae 1594. cuius meminit *Hyde* in *Bibl. Bodlei.* pag. 300. col. 2. licet sine loci ac Typothetae nomine. Rursus ibid. 1611. in 8. Parisiis *Guill. Pelè.* 1635. in 8. Veronae, una cum laudata *Rhetorica Valerii*, ex Phoenicis Typographia 1732. in 4. maiori. * *Pampilone* 1751. apud *Petrum Iosephum ab Ezquerro* in 4. cum indice rerum notabilium satis copioso. *

GALLICE vertit idem qui supra *Dominus Binetus*, teste *Echardo*. Parisiis, *Villette* 1698. octuplicata forma.

HISPANICE. In hanc linguam translata est *Rhetorica* nostri *Granatensis* a *Bernardo Ballistario* I. C. Valentino, viro ad La-

li-

tinās quod adtinet litteras apprime exulto, ac pristina mihi familiaritate iuncto. Ast haec versio nondum exiit in vulgus. Aliam licet nobis exspectare, a quodam pio Sacerdote, iusu illustriissimi D. *Iosephi Clementii* Valentini, Episcopi Barcinonensis, adornatam, quae propediem, ut audio, typis committetur, cuius mentionem iniecit ipsemet D. *Clementius* in sua *Pastorali Epistola* data Barcinone 20. Sept. MDCCLXVIII. pag. 20. edit. Valentinae eiusdem anni, apud Benedictum Monfort, in 4.

VIII. *Collectanea moralis Philosophiae in tres tomos distributa. Quorum I. selectissimas sententias ex omnibus Senecae operibus, II. ex moralibus Opusculis Plutarchi, III. clarissimorum Principum et Philosophorum insigniora apophtegmata, hoc est, dicta memorabilia, complectitur.* Omnia per communes locos distincta, ut studiosus Lector, quid in quovis argumenti genere sibi commodum fuerit, invenire facile queat. Olisipone Francisci Correa 1571. in 8. pagg. 1016. * in nostra Valentina, quod exemplar fuit in usu D. *Ludovico Bertrando*. Parisiis apud Guill. Chaudiere 1582. in 8. cuius meminit *Antonius Augustinus* in sua *Bibliotheca* num. 890. Ibidem 1583. 8. ex fide *Taxandri* pag. 80. Coloniae 1604. in 8. sub titulo: *Loci communes Philosophiae moralis*, quae laudatur in *Bibl. Bodleiana* pag. 300. col. 2.

IX. *Sylva locorum communium omnibus divini verbi concionatoribus, necnon variarum lectionum studiosis, non minus utilis, quam necessaria; in qua tum veterum Ecclesiae Patrum, tum Philosophorum, Oratorum, et Poetarum egregia dicta, aureaeque sententiae, cuilibet sermonis instituto aptissimae, copiose leguntur, in tres classes digesta. I. loca communia, quae tum ad Deum, tum ad diversa genera personarum et statuum pertinent, complectitur. II. agit de virtutibus et vitiis oppositis. III. de beatitudinibus et donis, et Sacramentis aliquot, deque quattuor novissimis, et aliis non nullis differit.* Praeterea singulis classium locis, ex Auctoris industria et ingenio, elegantissimae similitudines, varia apophtegmata, necnon rei propositae adcommodatissima dogmata recensentur. Etsi Prologus inscriptus sit D. *Antonio Zapatae* Canonico Toletano et Inquisitori Apostolico, tamen Auctor Opus direxit ad *Gregorium XIII.* Pont. Max. ut innuit *Mugnozius* in *Vita* Lib. III. cap. 2. fol. 172. et constat ex *Epistola* ipsius

ipsius *Granatensis* ad laudatum *Gregorium XIII.* ob litteras, benevolentiae et honoris plenas, quas Pater Beatissimus ad illum dedit Romae XII. Kal. Aug. MDLXXXII. Excusa est vero *Sylva* Lugduni Pet. i Landry 1582. in 8. Salmanticae apud Haeredes Matthiae Gast 1585. in 4. * in Coll. Corp. Ch. Valentiae, et apud Augustinianos. Lugduni eodem anno in 8. ex fide *Mabillonii* §. XIII. *Biblioth. Ecclesiast.* in *De studiis Monasticis Tractatu*. Venetiis 1586. Bernardi Iuntae, octuplic. charta, * in Archiepisc. Valentina. Parisiis eodem anno in 8. quae exstat in Regia Escorialensi. Lugduni ex Officina Q. Philippi Tinghi apud Simphorianum Beraud et Stephanum Michaëlem 1586. in 8. * ad S. Ouphrii. Salmanticae Haered. Matthiae Gast, eo ipso anno, in 4. Lugduni 1587. in 8. Ibid. 1592. in 8. typis Petri Landry, * apud Carmelitanos Valentinis. Iterum ibid. ex Typographia Haered. Caroli Besnot 1593. in 8. mai. * in nostra Fontinentana. Antuerpiae 1596. octuplicata forma, quam laudat *Thomas Hyde* in *Bibl. Bodl.* pag. 300. col. 2.

X. *De officiis et moribus Episcoporum.* Olisipone apud Franciscum Correa 1565. in 16. una cum simili *Tractatu* ^{de maximis} *Bartholomaei de Martyribus*, quem *Granatensis* post primam editionem Romanam recudendum curavit, praefixo eiusdem *de Martyribus* actorum Breviculo, Parisiis 1583. in 8. et Coloniae Quentelii 1624. in 12. (quam laudat etiam *Hyde* in *Bibl. Bodl.* pag. 300. col. 2.) Ita *Echardus*, autumans hoc idem opus esse, quod *Nicolaus Antonius* T. II. pag. 34. col. 1. appellat, *Homiliam bene longam de Sacerdotii dignitate atque officio*, Olisipone editam.

Tractatus hic, quem Auctor nuacupavit Servo Dei *Iohanni de Ribera*, Episcopo tunc Pacensi, quique prodiit rursus Barcinone 1566. in 8. Parisiis 1580. 8. et Valentiae Iacobi Bordaz 1695. in 4. * una cum *Stimulo Pastorum* laudati Fr. *Bartholomaei de Martyribus*, nihil aliud est, quam Concio illa habita ab ipso *Granatensi* Olisipone MDLXV. quum sacratu fuit in Episcopum Mirandensem Illustrissimus D. *Antonius Pinarius*, vir vita doctrina et facultate dicendi praeclarissimus. Ad rationem argumenti quod spectat, exponuntur in sermone hoc illa Christi verba *Iob.* ult. v. 17. *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Circa

ca quae, in prima Orationis parte celebris illa quaestio excutitur: num ceteris dignior esse debeat is, qui in Ecclesiae Principem eligitur? In secunda, quaenam virtutum officia sint, quae dignum hoc nomine Pastorem efficiant. In tertia vero: cur Dominus in verbis supra positis caritatem unam, ceteris omisis, requirit? Opusculum hoc adeo raro obvium erat tempore *Mugnozii*, ut illud appelleret *ignotum* in *Vita Granatensis* Lib. III. cap. 2. fol. 172. b.

GALLICE prodiit Parisiis, formis Frederici Leonard 1670. in 8. pagg. 344. ut testatur *Echardus*, versionem appellans *ele-gantem*, sed non addens, cuius Auctoris illa sit.

BELGICE quoque fuisse redditum hoc opus, prodit *Vale-rius Andreas* in sua *Bibliotheca Belgica*.

§. II.

OPERA HISPANA.

I. **G**uia de Pecadores, en la qual se contiene una larga i copiosa exortacion a la virtud, i guarda de los Mandamientos Divinos. Opus Pace Augusta, vulgo Badajoz, compositum circa 1555. tumque circiter editum in lucem, ut auctum *Echardus*, licet locum et annum impressionis nullus indicet. Prodiit postea Salmanticae 1567. in 8. Andreae de Portonariis. * Ibid. 1570. in 8. quam habebat Canonicus *Sora* in sua *Bibliotheca*, ut constat ex eius *Catalogo*, fol. 122. a. Rursus ibid. 1579. Haered. Matthiae Gast in fol. quae editio ab Auctore ipso *Philippo* II. Hispaniarum Regi nuncupata Olisipone XIV. Kal. Februarias MDLXXIX. correctior ac emaculatio est, quam praecedentes; in cuius *Praefatione ad Lectorem* haec notat Auctor ipse, ad scriptorum suorum Historiam pertinentia:
 „ Todos los Libros que hasta agora, con el favor de Nuestro
 „ Señor, tengo escritos en lengua vulgar, son quatro; es à sa-
 „ ber, *Guia de Pecadores*, *Libro de Oracion i Meditacion*, *Me-
 „ morial de la Vida Christiana*, i *Adiciones de este memorial*. I
 „ puesto caso que en tiempos pasados escribi otros Tratados
 „ mas pequeños; pero todo lo que en ellos havia de provecho,
 „ pu-

„ puse en estos. He dicho esto, porque sepa quien este Libro
 „ tuviere, que en el tiene lo que tengo hasta esta era de 1579.
 „ escripto: i parte, porque no juzgue por mio todo lo que fue-
 „ ra de estos quatro Libros hallare (porque muchos toman al-
 „ gunos pedazos de ellos, i juntarlos con otras escripturas, i
 „ publicarlo todo en los titulos del Libro por cosa mia) i par-
 „ te tambien, porque los que quisieren trasladar estos Libros
 „ en alguna lengua, entiendan, que el original mas fiel, i
 „ mas correcto, es este que agora sale à luz en esta impresion
 „ de Salamanca de 1579. Verdad es que pocos dias hà recopi-
 „ lè en breve el *Libro de la Oracion*, el qual no vâ aqui, lo u-
 „ no porque es parte de este Libro, tomado palabra por pala-
 „ bra del; i lo otro por ser Libro pequeño, que se puede tra-
 „ her en el feno, i es mas proprio para rezar o meditar por
 „ el, que para andar en esta forma grande. „ Quae omnia ma-
 „ gna sunt animadversione digna.

Lucem iterum adspexit Barcinone Ioh. Paulli Menescal, et Francisci Trincher 1588. fol. * Matriti ex Typographia Regia 1656. in 4. * Barcinone Antonii la Cavalleria, sumtibus Floriani Anisson 1674. fol. * Rursus in eadem Vrbe Iosephi Llopis in 4. sine anni impressionis nota.

Huic operi inter alia sua primas omnino dabat Auctor ipse, ut refert *Mugnozius* in *Eius Vita* Lib. III. cap. 3. fol. 175. b. adeo ut dum ea revolveret idemdem, et ad illud accederet, quasi mirabundus diceret: Num me opus hoc Pace Augusta composuisse potis est? Quam puro ac salubri Civitas haec fruitur Caelo, sub quo talia nascuntur!

GRAECE. In Sermonem *Graecum* vernaculum transtulit, sed compendio, *Andreas Rentius*, natione Graecus e Chio Insula, Romae typis S. Congregationis de propag. fide 1628. in 12. teste *Alegambe* pag. 29.

LATINE. *Michael ab Isselt* ex *Italico* (non ex lingua *Graeca*, ut perperam ait *Clesius* in *Elencho* suo, pag. 138.) *Latine* convertit, ut inquit *Nicolaus Antonius*, ac in publicam emisit lucem Coloniae 1587. apud Gervinum Calenium et Haeredes Ioh. Quentelii, 2. TT. in 12. quorum I. pagg. 580. II. vero 274. Francisco Fossio, Collegii B. Mariae Virg. Aquisgranensis